

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Aphorismi Theologici, in locum illustrem II. Epistol. Petri Cap. I. vs. 19.

Bremae: Typis Hermanni Braueri, [1714?]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870273876>

Druck Freier  Zugang



C

34.

Fa.-1092 (34.)





25.
24.
23.
22.
21.
20.
19.
18.
17.
16.
15.
14.
13.
12.
11.
10.
9.
8.
7.
6.
5.
4.
3.
2.
1.
0.

A PHORISMI THEOLOGICI,

in locum illustrem

II. Epistol. Petri

Cap. I. vs. 19.

Quos,

Adspirante Divino Numine,

PRÆSIDE

GODEFRIDO JÜNGST,

SS. Th. Doct. ejusdemque Facultatis in Illu-
stri Bremensium Gymnasio Professore P. Ord.

Ecclesiæque Ansgar. Pastore,

*ad amicam ov[er]um commilitonibus suis
exhibebit*

Postrid. Kalend. Mart. cIcIcc XIV.

H L Q S.

WERNERUS KÖHNEN,

Hafn. S.S. Th. Stud.

R. & A.

B R E M A E,

Typis HERMANNI BRAUERI, Illust. Gymna. Typogr.

40.

34.

39.

38.

37.

36.

35.

34.

33.

32.

31.

30.

29.

28.

27.

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

17.

16.

15.

14.

13.

12.

11.

10.

9.

8.

7.

6.

5.

4.

3.

2.

1.

0.

Magnifico, Nobilissimis, Consultissimis, Amplissimis, plurimum Reverendis, Clarissimis, Doctissimis, Prudentissimis

VIRIS ac DOMINIS,

DN. WERNERO KÖHNEN, JCto Consummatissimo,
Inclitæ, Reip. Brem. Consuli, Scholarchæ, Eccles. Suburbicariarum Visitatori, nec non Eccl. ad D. Remb. Provisor, undiquaque meritissimo.

DN. JOHANNI STEINKEN, J.U.D. R.B. Senatori, reique militaris Præfecto gravissimo.

DN. JACOBO MEIER, S. S. Th. D. Ecclesiæ Anschar. Pastori, S. & Orientalium Linguarum Prof. celeberrimo.

DN. HENRICO MEIER, J.U.D. Patriæ Senatori, Scholarchæ, reique militaris Præfecto splendidissimo.

DN. GERHARDO von dem BUSCH, S.S. Th. D. ad ædem divi Johannis Ecclesiasti fidelissimo.

DN. WERNERO KÖHNEN, Ecclesiæ Reformatæ Hafniensis Pastori primario vigilantissimo, Parenti suo summe venerando.

DN. FRIDERICO ADOLPHO LAMPE, Ecclesiæ Stephanienis Pastori facundissimo.

DN. BERNHARDO BARKEY, hujus Civitatis Seniori spectatissimo, Mercatori famigeratissimo.

Dominis,

*Patronis, Evergetis, Fautoribus, Mecenatibus,
Cognatis, Avunculis, Parenti,*

*post Deum O. M.
desideratissimis benignissimis
hec devote*

*in
Debitæ observatiæ signata*

D. D. D.

AUTHOR.



L. S.

QUAMVIS VERBUM DEI UNICUM SIT ID, QUOD LOCUPLETISSIMOS AETERNAE & DIVINAE SAPIENTIAE THESAUROS HOMINIBUS RECLUDIT, AC PROPTERA SIT TANTI HABENDUM, UT MERITO OMNIBUS GAZIS, QUAES IN TOTO TERRARUM ORBE REPERIUNTUR, ANTEPONATUR. ATTAMEN MULTI INVENIUNTUR HOMINES, QUIBUS NON SOLUM VERBUM INDIGNUM STUDIO VIDETUR, SED & QUI ILLUD, FUSQUE DEQUE HABENTES PENITUS EX CHRISTIANORUM CONSORTIO QUASI TOLLERE OPERAM NAVANT. QUID, ANNON CUM VETERUM FANATICORUM & RECENTIUM ENTHUSIASTARUM LARVIS INIDIDM ECCLESIAE EST DIMICANDUM? QUAES CUM ITA SINT, IPSE, DEPLORANS HORUM TEMPORUM MISERRIMAM FACIEM, DE CONVENIENTE THEME DE DISPUTATIONIS MECUM COGITAVI, ATQUE CONSTITUI, HUJUS VERBI PRO INGENII TENUITATE PROBARE & DIVINITATEM & NECESSITATEM. DESPICIENTI VERÒ MIHI ULTRÒ SE OBTULIT LOCUS PETRINUS, QUEM, QUAM BREVISSIME NEXU APHORISTICO PERTRACTARE EST ANIMUS

AUXILIO JEHOVÆ.

II. PET. I. VI. 19.

ΚΑΙ ἔχΟΜΕΝ βεβαιόποιὸν τὸν προφητικὸν λόγον, ἃ παλᾶς ποίειν προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντες ἐν αὐχμηῷ τόσῳ, ἕως οὗ ἥμερος διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν τῷ εκαρδίας ὑμῶν.

Quae ita verti possunt:

Et habemus Verbum firmius Propheticum, cui attentes benè facitis, tanquam lucernæ lucenti in loco tenebroso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.

Δ

Apho-

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

40.

39.

38.

37.

36.

35.

34.

33.

32.

31.

30.

29.

28.

27.

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

17.

16.

15.

14.

13.

12.

11.

10.

9.

8.

7.

6.

5.

4.

3.

2.

1.

0.

(2) 50
Aphorism. I.

Λορος, nomen derivatum $\lambda\sigma\tau\tau\lambda\gamma\epsilon\nu$, nostro hoc loco, non famam, aut rationem, sed verbum seu sermonem, denotat: quo, vel scripto, vel ore prolato abscondita animi sensa aliis aperiuntur.

2. VERBUM HOC, de Veritate Evangelii Christi, Filii Dei, omni exceptione majori, Petrus jure *Gentium Judeorumque fabulus anteponit*, ut ex connexione patet vs. antecedentium: Adeoque ejus non Jovem, aut Apollinem, aut Deam quandam Ægriam, sed AUTOREM JEHOVAM, summum Deum cœli terræque Conditorem supponit.

3. VERBUM HOC, quo carere ecclesia minime potest, fuit non scriptum sub promissione, scriptum accessit sub cœconomia Mosai-ca. Ipse enim Moses primus omnium sacrorum scriptorum in sacro occurrit codice.

4. SCRIPTUM Verbum Apostolum hic in oculis gessisse, docent versus *vigesimus & vigesimus primus* hujus capituli. Quod sine dubio tunc temporis in Canone exsttit.

5. Hujus Verbi Petrus duo egregia tradit encomia, quod sit

A. Προφητὸν.

B. Βεβαιόπερον.

6. PROPHETARE est in genere divinam cujuspiam mentem interpretari; specialius verò Dei nomine futura prædicere, vel prædictorum mentem recte indagare. 1. Cor. 14. v. 3. 4. 5. Roman. 12. v. 7. Joel. 2. v. 28.

7. Inde non incongruè patet, totam Vet. Test. scripturam esse propheticam, Actor. 26. v. 22. confer. 27. Luc. 24. v. 25 & 27. ob sequentes rationes.

8. A. Cuncta V. T. contenta, sunt

N. Per Jehovam inspirata, 2 Petr. 1. v. 20. 21.

D. Ipsiis nomine populo promulgata.

J. Ejusdemque ductu infallibili scriptis exhibita, 2 Tim. 3. v. 16.

9. B. HORIUM summa solam Messiam futurum, Θεῖνθεοπον, passurum & victurum, de QUO sermo Petri hactenus fuerat, depinxit Luc. 24. v. 25. 26. 27.

10. Ex

10. Ex quibus, Petrum intellexisse totam Vet. Testamenti scripturam Canonicam, ultro concluditur.

11. Divinum igitur verbū, dum sit dicta ratione PROPHE-TICUM, sequitur esse βέβαιον, i. e. cui sine periculo confidere atque tu-to inniti possumus. Hoc enim βέβαιον, testibus Lexicographis, signifi-care, nemini non constat.

12. Singulari tamen emphasi non positivum βέβαιον, sed comparativum ponit βεβαιότερον. Sermonem scil. huncce non firmum tantum, sed FIRMIOREM appellare Apostolus operæ dicit pretium.

13. Licet enim ipse Beza & Grotius putent, enallagen commisso Apostolum (quasi dixisset: *habemus verbum firmissimum*) comparativi scilicet pro superlativo, tamen iis assurgere non placet.

14. Negare quidem nolumus, non esse insolentem apud Græcos loquendi modum, quo comparativus pro superlativo ponitur. Veruntamen ubi diversæ res ejusdem generis memorantur, una in comparativo, altera in positivo, vix est, quin comparativus hic sit censendus habere suam emphasin, maximè quod sic simplicitati locutionis magis quoque conveniat comparativus.

15. Propterea videmur nobis videre Apostolum argumentem à majore ad minus. Distinguit enim inter vocem auditam in monte & verbum propheticum, hocce comparativo. HOC illi anteponens. Quod vel ipsa copula καὶ, quæ hic etiam aut præterea denotat, minime gentium superflua censemur.

16. Omnibus viribus scilicet Judæis de veritate Evangelii NOSTER persuadere studet. Hinc versibus præcedentibus gloriōsam Christi metamorphosin ab se ipso visam, vocemque Patris propriis suis auribus haustam, cœlitus auditam, enarrat.

17. Nunc vero, ne fidem sibi denegarent Judæi scribenti, argumentum adhuc firmius ex propheticō verbo, Christum describente verum Messiam, format, q. d. Si non mihi testi oculato & aurito laudati divini testimonii subscribere velitis, tamen necesse est, ut fidem verbo huicce propheticō, omni visione majori, habeatis.

18. Anteponit igitur Apostolus verbum Dei propheticum visioni suæ immediatæ, & inde

- N. Omnem divinarum veritatum autoritatem pendere à veritate scripturæ, demonstrat.
- D. Analogiam fidei Christianæ sine verbo scripto non valere, indicat.
- I. Christi elogium imitatur Luc. 16. vs. ult.
7. Omnes enthusiasmos extra & præter Sanctam Dei Scripturam penitus rejicit.
19. At dicas: Vocem à Patre editam vivaciorem esse pictis prophetarum literis, adeoque esse firmiorem. Sed audies!
20. α. Nos summam vocis paternæ reverentiam non negamus, neque de ea vel hilum dubitamus, absit hoc! β. Sed quod Judæi majorem fidem heic faltem verbo propheticō adhibere debuerint, quam visioni huic coelesti ex verbis Petri, ob sequentes rationes, liquere putamus.
21. A. *Testimonium Apostolorum de sua cœlesti visione* Judæis tantæ fidei esse non poterat (utpote quos suspectos adhuc habebant) quam *testimonium totius sermonis prophetici*, de cuius authentia ne quidem dubitabant.
22. B. *Vocis cœlestis adduci poterant testes modo tres*, sed *sermonis prophetici TOT erant approbatores, QUOT Judæi.*
23. C. *Novitatis quadam specie* Judæis videri poterat subnixa vox illa cœlestis: Sed *verbū propheticū INCONCUSSA* gaudebat per secula AUTORITATE. Notatu digna sunt verba Cornelii à Lapide ad h. I. Licet, inquit, vox Patris objective ē in se fuerit „certissima & verissima, æquè ac oracula Prophetarum, tamen subjectivē, „quatenus scilicet in auribus Petri sensibiliter recipiebatur & resonabat, non „erat tam certa & firma, quam visiones Prophetarum: auditus enim omnis- „que sensus falli potest, visio vero prophetica falli nequis, quia fit per lumen „supernaturale & divinum.
24. D. Utut sit, *scriptum Dei* verbum visioni præpollet vel scatenus, quod potuerint imo debuerint Judæi visionis firmamenta, Beroensium instar, juxta verbi propheticī lapidem Lydium examinare.
25. Gloriabundus ergo & quasi ex possessionis fidelium jure provocat Petrus: EXOMEN θεοφανεγον τινι προφητειαι λίπος; ex quo verbo has sequentes conficimus conclusiones.

26. N.

25.

26. N. PRIMA PERSONA, ipsum Apostolum Petrum includens, docet, & ipsum, illius epistolæ autorem, de veritate Evangelii Christi, ex eodem verbo prophetico quam maximè esse convictum.

27. D. PLURALIS NUMERUS

A. affirmat, uno eodemque argumento omnium fidem, & quidem communi, niti firmissimo.

B. negat, verbum propheticum esse unius tantum hominis privum. 1. possessione. 2. explicacione. 3. autoritate.

28. 3. Non preterito sed PRÆSENTE usus tempore tacite suos admonuit fratres, verbum divinum esse tempore

1. omni, a. unum idemque. b. integrum. c. maiestatica coruscans simplicitate.

2. nullo, a. Interpolatum. b. mutatum. c. castatum.

29. Non tempus posuit futurum, ut iterum innueret elo- giorum Dei immutabilitatem, consentiente Paulo Gal. 1. v. 7. 8. laudato à nostro Petro, 2 Epist. 3. v. 15. Bene igitur Calvinus, quicquid de Deo sine veritate scripture cogitamus, stultum, quicquid loquimur insulsum; in quo pio effato merito omnes boni acquiescunt.

30. Pergit Petrus: ὃ καλῶς ποίετε προσέχοντες; ad quæ breviter sed recte notat J. Gerhardus h. l. In textu Greco hic occurrit verborum træctio: Docet enim Dativus ὃ, rectus à verbo προσέχειν, esse hanc constructionem, ὃ προσέχοντες καλῶς ποίετε. Hæc verba, si distincte considerentur, duas in se partes continere videntur. a. Elogium, constans hisce verbis: καλῶς ποίετε. b. Rem, circa quam versatur elogium: ὃ προσέχοντες.

31. Aliquid καλῶς agere, si conferatur cum 70. Interpretibus, innuit rem plena integritate & integra pulchritudine præditam producere. Inde proverbium legitur Hebraicum Ecclesiast. 5. v. 17. חַדְשׁ אֲשֶׁר יָבֹה, αγαθὸν ἐπεξ καλὸν; si latinum quis vellet diverbum; HONESTA, QUÆ PULCHRA.

32. Verbum verò τὸ ποῖεν teste Coccejo, Theologo & Philologo consumatissimo, ponitur pro שׁתִּים facere, & רבָּה acquiri.

33. Ha-

33. Habent hæc verba vel laudis vel admonitionis proprium, laudat nempe eorum, ad quos scripsit, in attentione adhibitat diligentiam.

34. Vel etiam hisce verbis ad pium studium & alacritatem eos admonendo instigat: quasi d. si huic recte attendatis verbo, certe optatam consecuturi estis fidei integratatem.

35. Προσέχειν ponitur a. loco שׁעַר cum voluptate respicere. (Significatio hujus vocis clara ex verbis Magni Cocceji, desuntis ex Theodoreto, dicente ad l. Gen. 4. v. 4. 5. Deus aliquid fecit, quo ἐμαρτύρησε, quod ῥλείωνα θυσίαν προσκυνεγκεν) b. קְרֵב appropinquare. Tandem γ. בְּשָׂר attendere Es. 21. v. 7. וְהַקְשִׁיב קְשֻׁב & auscultavit auscultationem attentissimam. Coccejus notat: q. d. abundautem auscultatione: Ut qui verba alterius suffurari gestit. Hæ tres significaciones studii Evangelici quasi constituant scalam, tribus existentem gradibus.

36. a. In anxietate animi (de qua statim) reliquo deficiente solatio, solum cum fiducia respicitur ad gratiam promissionis Evangelicam.

37. b. Postmodum ea gratia nullius esset usus, nisi actu prius accederet ad porrectam salutis anchoram afflcta anima.

38. c. Frustra tandem verbum gratiae consideraretur, nisi simus veri οἱ προσέχοντες τῆς λαλεύμενος Actor. 16. v. 14. aut οἱ προσέχοντες τῆς αὐθεῖστης, Hebr. 2. v. 1. Pasor inquit, nisi efficiendo animam ad- vertamus ad ea, quæ proleta & audita sunt:

Nam juvat haud studium legis, nisi lector AGENTE,
Scripturæ solvat debita, MENTE, pius.

39. Fructum verbi divini Petrus docet esse utilissimum, dum hocce verbum comparat cum lampade, quæ lucet in obscuro loco.

40. Solutas tenebras lampadibus in tabernaculo & templo, uti multa alia de igne sacro, Judaica V.T. docet antiquitas, Exod. 27. v. 20. In scenis quoque subobscuris accendi luminaria con- fueisse cum veterum annalibus hodierna perhibet experientia. Quantam vero lucem hæc nostra lampas verbi divini afferat, lampadis cum verbo dabit aliqualis comparatio.

41. Quæ

41. Quæ institui nullo negotio potest, vel ratione naturæ, vel ratione effectorum lampadis. Ratione naturæ.

42. A. Lampas accensa quidem obscuriusculè micat, sed tamen laborantibus & operantibus satis lucis præbet. Sic & verbum propheticum, licet primo intuitu videatur *λαμπάς*, tamen, in perhibendo fidei & Evangelii veritates capitales, frustra obscuritatis a male sanis accusatur.

43. B. Lux lampadis pura, ob elementum purissimum, ignem, est, sic & verbum Dei, propheticum, ob incensam a Deo in ipso puritatem limpidissimam, est castissimum. Unde David Ps. 19. v. 8. *תְוֹרַת הָהָת תִּמְמָת* quod bene Lutherus: Das Gesetz des Herrn ist ohne Wandel.

44. Absurda licet referat nonnunquam & male suada sciera, sane ea non imitanda, sed cavenda verecunde commémorata.

45. C. Lichnuchus sacer atque aureus Exod. 27. v. 20. ex uno truncō septem emisit ramos, quibūs totidem prominebant lampades. Christus lux mundi est, Joh. 1. v. 4.5. Omnis de eo veritatis salvificæ truncus quasi esto ipsum prot euangelium Gen. 3. v. 15. Sic omnium œconomiarum atque periodorum subsecutæ sacræ revelationes ceu totidem accensæ vivæque rutilant lampades.

46. Nunc addendæ essent annotationes respectu effectorum; sed quia contraria juxta se posita magis elucent, huic lampadi prius *τὸν ἀυχμῆνον* opponamus.

47. Interpretes ferè omnes verba Græca *ἐν αὐχμῇ τόπῳ* vertunt in loco obscuro & caliginoso. Sed Coccejus ex Suida vertit locum *squalidum*. Nos, ambas amplectentes sententias, veritus obscurum locum squalore contaminatum.

48. Labor vero atque opus est, certum obscurum & caliginosum designare locum. Eum nonnulli esse volunt mentem humānam. Alii mundum existimant. Pii veteres tempus hujus vitæ & Ecclesiæ militantis autumant: Quibus & nos nostrum adjicimus calculum.

49. Fuit autem ecclesia hæc militans duplex, sive Vet. sive Novi Testamenti; quarum unaquaque sua laboravit obscuritate.

50. V. T. suis involutum erat tenebris. Tenebroſæ oculos

oculos versatæ fuerunt umbræ. Minæ legis atrum incusserunt timorem. De quo noctis terrore Esaias, Cap. 8. v. 22. & Cap. 21. v. II. testatur.

51. Fuit hoc idem sæpius squalidum tempus, ante & post captivitatem Babyloniam. Ante eam horrenda crimina atque idololatriæ scelera Judæorum naribus Jehovæ fœtorem exhibuerunt; quiritantibus undique Prophetis. Post eam nefandæ hæreses, Pharisæorum & Scribarum hypocrisis, Sadducæorum principia ad Atheismum vergentia, & tandem Esæorum superstitiones omnia in religione Judaica contaminarunt.

52. Novum Test. majori quidem præ illo V. collustratum fuit luminae, interim tamen non defuere plerumque satis spissæ ingruentes tenebræ: Nam quid, præter invalituras hæreses, quæ fermè sine numero juxta Epiphanium fuere, de diris Judæorum, Gentilium, Arianorum & denique Antichristi dicam persecutionibus? Addesis ferrea atque plumbea Scholasticorum secula.

53. Verùm ad has discutiendas tenebræ, Deus λαμπαδα verbi sui porrexit: Cujus, §. 46. & 47. à nobis descriptæ, tria solent esse effecta. 1. Illustrat. 2. Delectat. 3. Monstrat quid agendum sit? quæ tria verbi divini effecta quoque perspiciuntur.

54. A. Verbum propheticum Vetus Testamentum illustrasse, testis est universa illius codicis pagina, ab Adami temporibus usque ad Malachiam, Meffiae adventum prædicando. Quod Evangelium Prophetæ omnes prænunciarunt; quam maximè atque splendidissimè tamen Jesaias.

55. B. Delectasse eandem lampadis lucem V. T. fideles, nemini lectori Deum timenti non constat. Sic promissione certiores facti, summa delectatione pii Patriarchæ πρεγλαπυκόν diem obiverunt extremum.

56. C. Omnetulit punctum hoc verbum, monendo, ut exterñ salutis cupidi sub V. Test. veræ calcarent vitam beatitudinis. Lex enim, quæ in via lampas Ps. 119. v. 105. testata fuit de Christo, unica ad Patrem via, ut ipse fons veritatis afferit. Joh. 14. v. 6.

57. Eadem tria effecta magis pellucent sub Novi Testamenti œconomia. 1. Apostoli enim eorumque successores varias terrarum regiones idololatriæ tenebris obsitas superstitionis

nis

49 (9) 50

nisque caligine obvelatas hacce lampade illustrarunt, & sic lumine
gratiosi Evangelii clariorem reddiderunt Ecclesiam.

58. 2. Delectasse eandem lampadem N. Test. fideles, testan-
tur istius temporis annales. In loco persecutionum squalido
piis adspenduit lux promissionis & Evangelii, qua lampade in o-
mni miseria, summa affecti delectatione & certa fiducia confir-
mati sunt, sic omnium libentes jacturam passi quoque summo gau-
dio, & spe glorioloris seculi.

59. 3. Quomodo viam veræ Beatitudinis demonstrare queat,
sequentes declarant versiculi:

*Seruam verba Dei relata nobis
Profundant radios, docentque mentem,
Dissolvunt tenebras, fidemque plantant,
Letum letificant, beatique vitam.
Nam, quivis cupiunt adire cœlum,
Per verbi radios viam sequuntur.*

60. Sequitur perseverantia hujus studii. Hanc Petrus ita de-
scribit: ἵνες δὲ οὐδέποτε διαυγόση, καὶ Φατφόρος ἀνατέλῃ, ἐν τοῖς καρδίαις
ὑμῶν. An cum verbis: ὡς προσέχουτε κακῶς πιᾶτε, vel cum illis:
Φάνοντες εἰς τὸπων αὐχμηγεῖ, connectenda sit perseverantia, perinde
nobis esse potest.

61. "Eos a verbo εἰς, ad metam jactito, sine dubio derivatur.
Perverse tamen ex hac particula Enthusiastarum quidam conclu-
dunt hyperaspistæ, eo tantum usque verbum Dei prodesse, donec
homo illuminetur efficaciter, cum omnis sequentis exclusione
temporis.

62. Nam N. esto, hanc particulam aliquando, pro rei na-
tura, excludere sequens tempus; non est tamen ille usus vocis
universalis: ut patet ex Matth. 1. v. 25. Cap. 13. v. 33. Cap. 17. v. 9.
Cap. 26. v. 36. Luc. 24. v. 49. Confer Genes. 28. v. 15. 2. Sam. 6. v.
23. Jes. 22. v. 14. Sed plerumque rem in medio linquit.

63. 2. Quid, si postulemus, saltem verbi propheticī usum per-
severaturum ad ortum usque Phosphori (illucescentis nempe die
novissimo) ad Christi scil. adventum gloriosum? Ad minimum pa-
tet, quod possit esse concessionis formula, quæ æternitatem contento-
rum

B

rum

25.

24.

23.

22.

21.

31.

40.

34. 39.

38.

3

3

DFG

49 (10) 50

rum nequaquam excludit, conf. Matth. 5. v. 18. Subordinata enim non pugnare, constat.

64. Juber me, brevitatis studio intentum, sicco alia pede præterire: interim quædam diei prædicata notasse juvabit: Videlicet, per huncce diem intelligi debet concessa a Deo Ecclesiæ temporis commoditas; eodem sensu dies venit Rom. 13. v. 12. Joh. 9. v. 4. Die operantur homines, non nocte; Erasm. in h.l.

65. Verbum quoque *λαυτάρην* non caret sua emphasi: cùm que derivatum sit a *λαύ* & *τάρην* diluculum, denotat primam crepusculi micam, sole oriente, vid. Actor. 20. v. 11.

66. Evidem in hac vita non dispelluntur *omnes* tenebræ, etiam sub N. T. tempore. Tamen hujus diei gratiæ commoditatis & cognitionis lux sata fuit, Ps. 97. fin. Viresque acquirit & crescit eundo. Inde à Reformationis tempore non potuit ea lux abscondi amplius *επί την μέσην*; sed spissæ Papatus tenebræ fugatæ sunt: Et quanta hujus diei incrementa adhuc exspectamus? conf. Jes. 11. v. 9. Cap. 30. v. 20. Zach. 14. v. 7. Ez. 47. v. 1. & seq. Eritque ea ultima Ecclesiæ felicitas, ceu peremptoriæ diei illustrissimus Phosphorus seu anteambulo.

66. Sicut tamen sub Phosphori ortum quadanterus opus adhuc est lampade; uti quotidiana experientia docet, primo diluculo neminem sine lucis adminiculo ex voto operari quicquam posse; ita & oriente ipsa gratia in mentibus nostris, verbi propheticæ lumen necdum extinguendum, sed sollicitè usq; ad ipsum iudicii diem plenum conservandum erit.

68. Per *Phosphorum* nimirum non incommodè intelligimus ipsum Dominum nostrum Jesum Christum. Ipsus enim nominatur *stella*, progrediens ex Jacobo Num. 24. v. 17. Ex radice Davidis *επιστήνεις λαμπτερὸς καθεὶς ὡρθεαῖς*. Apoc. 22. v. 16.

69. Si stella, vel doctorem (Dan. 12. v. 3.) vel Regem (Ez. 14. v. 12.) significat emblematicè, certè stellæ symbolum optimè quoque in Christum quadrabit.

1. Ipse enim est aptissimus Doctor Gentium, Jes. 50: 4.

Joel. 2: 23.

2. Ipsi competit majestas Regia, una cum diademate, Ps. 45: 7. Zach. 6: 13. Ez. 21: 23.

3. Porro

3. Porro Jesus viam habet cœlestem: rutilat sanctitate; nautantibus in impetuoso hoc mundo iter monstrat: & dicit ad æternæ portum beatitudinis.

70. Restat hujus *Phosphori ortus*. *Avaria* quid sit, non difficulter intelligitur. Christus expresse *in Avaria* εξ οὗ audie Luc. 1: 78. (notabile hic, τοῦ LXX. hac voce reddere solere Hebr. γένετα, cui tamen contemplationi nunc immorari non licet.)

71. *Ortus* hicce nobis erit gloriosus Christi adventus, omni admirabili splendore, gaudio, & descriptione major.

72. Tunc præterlapsa nocte, orta splendidissima aurora, paratisque virginum prudentium lampadibus. Matth. 25: 7. conf. Apoc. 21: 25. dies illucescit novissimus. Tunc elato capite expectatus oritur dies Σωτηρίας Luc. 21: 28. Tunc non amplius in speculo & ænigmate, sed facie ad faciem Dominus cognoscetur. 1. Cor. 13: 12.

73. Sed, quia haec prærogativa fidelibus solis sunt propriæ, meritò Petrus addit in *vestris cordibus*: quum vicissim æternis infideles sunt tradendi tenebris.

74. Evidem corporali etiam lumine splendebit ille Phosphorus; Attamen decenter Petrus loquitur de cordibus fidelium, quorum animæ præsertim cognitionis, sanctitatis & gaudii jubare perfundentur, pellentesque etiam eorum corporibus. 1. Cor. 13: 41. Dan. 12: 3.

75. Ad metam venienti notatu dignum se offert illud pii Augustini dictum in Psalm. 51. Quam diu, inquit, ad lucernam ambulamus, necesse est, ut cum timore vivamus; cum autem venerit dies noster, id est, manifestatio Christi, tunc & nos comparabimur cum ipso in gloria. Confer Col. 3. v. 3.

76. Nostram sententiam adstruere etiam videtur Beda Com. h. l. *Ad lucernam*, ait, interim nocturnam pertinet, quod filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, conf. 1. Joh. 3.

77. Huic sententiæ etiam est addictus Glassius Rhet. Sacr. Cap. X. p. 1679. Videtur vita & gloria æterna denotari, ut in verbis Apostoli sit oppositio inter hanc & futuram vitam: quarum illa loco obscuro, qui indiget splendore alicuius lucerne (lucerna autem ista sermo propheticus statuitur,) Hæc verò claro diei, in quo ο ΦΩΣΦΟΡΟΣ noster Christus plenissima luce mentes credentium collustrabit, comparatur.

78. Et paulo post: Hinc igitur scripture propheticæ (uti & Apostolice, quæ illi exactissimè conformis) perfectio probatur. Quod ad Salutem æternam obtainendam, omnium sufficientissima sit.

79. Hæc haec tenus: In sequente calido voto, hac super illustri materia, meæ paupertatis mihi conscius, nunc defino.

Phosphore redde diem, mentis dispelle tenebras,

Conserua verbum, Phosphore Christe, tuum!

Phosphore redde diem, Bellorum pelle tenebras,

Da pacem dulcem, Phosphore Christe, tuis!

Phosphore redde diem, dubii dispelle tenebras,

Fac obnientes nomen amare tuum.

Phosphore redde diem, peccati pelle tenebras,

Fac hostes lucis dogmata scire tuæ.

Phosphore redde diem, mortis dissolve tenebras,

Et tutam monstra LUX super astra viam.

Phosphore redde diem, quid gaudia nostra moraris,

Christo venturo, Phosphore redde diem.

COROLLARIA.

1. Non est dogma fidei, quod non sit in Scriptura revelatum, aut ex eadem per legitimam consequentiam probari possit.
2. Scripturas propheticas exponere est res omnino necessaria.
3. Deus adorandus est solus, cum exclusione omnium creaturarum.
4. Docet scriptura constantissime, Deum esse trium, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.
5. Hoc mysterium est quidem supra, sed non contra rationem.
6. Prædestinationis objectum recte ponitur homo lapsus.
7. Inepita est curiositas, querere, an mundus potuerit citius creari?
8. Diabolos reconciliationem cum Deo exspectandam habere, scriptura non afferit.
9. Fuisse homines ante Adamum patrem nostrum primum, sicutientum est.
10. Pœdus operum in statu integratatis obtinuit perfectum.
11. Datur peccatum originale, & imputation, & inhærens.
12. In fædere gratiae unicum Mediatorem Jesum Christum Θεονδεστην agnoscamus, cuius Typi secundum tria officia fuere MELCHISEDECH, MOSES, DAVID.

13. Sola

- 42 (13) 28
13. Sola Christi justitia nobis imputata, fide apprehensa, nos justificat coram Deo.
 14. Attamen bona opera tanquam fidei fructus non rejicimus.
 15. Purgatorium & que ac limbus patrum est contra scripturam.
 16. Nam Patres ante **E** post legem & que per fidem beati sunt, ac pii sub Nov. Test. Ad. 15: 11. Sine statu post mortem intermedio.
 17. Utriusque Test. Sponsor idem Christus est.
 18. In Cena Domini necessariam fractionem panis statuimus.
 19. Sub Novi Testamenti finem Iudaorum & Gentium solennis est speranda conversio.
 20. Enthusiastarum pleraque molitiones, nec honestatem, nec pietatem spirant.
 21. Ipse Papa summus Enthusiasta est.
 22. Ecclesia recte dividitur in visibilem & invisibilem.
 23. Quamdiu Ecclesia in mundo est, non reperitur cœtus omnimodo mundus.
 24. Paulum Autorem esse Epistole ad Hebreos, jatis tuto creditur.

Soli DEO Gloria.

EPICHRAMMA GEMINUM,
Pereximio Eruditissimoque Domino Auctori,
cum Petrinum de Προφητικῷ Αἰγώ
elogium publice propugnaret,
deproperatum

a

CAROLO KESSLERO,
Reformatæ quondam Scholæ, quæ est in
Monte Regio Borussorum, Rectore,
Pædagoge nunc Bremensis in
Prima & Secunda Curia
Collega.

Πήμα προφητάων ιερῶν αἰγῶν, φίλε, δέκινος,
Οττι προφητάων εἴ ταῦτις ἐκ αἰγείνος.
Ἐνολείνος, ὅτι καὶ τοτε Θεοσόφων ἐν τάξει
Τύχε τροφητάων ἐκ ἐλάχιστος ἐστι.

Aliud

25.
24.
27.
23.
2
2
29.
31.
34.
39.
38.
3
3
3
3
3
3

Aliud Ejusdem ad Eundem.

Φῶς μεταδός Πέτρου λόγοις τε λόγῳ τε προφητῶν,
Τυγχάνεις ἀντὸς φῶς αὐτοῦ, ἐποίησε, λαβών.
Ως εἶπε μετὰ φῶς διδόεις, αὐτῷ δὲ αὐτεῖ λαβὼν φῶς,
Ζητοῦμ' αὐτούς τοὺς μετίζον ἔργοιμι φάγος;
Φῶς μέγα μὲν τάλαι, ὅππι διδόεις πολλῷ δὲ ἐκένω,
Οὐδὲπολαμβάνεις, μετίζον ἔμοι καὶ δοκεῖ.
Καὶ γὰρ ὁ μὲν διδόεις, μετίζον διδόεις ὁ δὲ αὐτεῖ
Λαμβάνεις, πολλοί σοι διδόσασι φάγος.

Nim hin sehr werther Freund/was meine Pflicht Dir schencket/
Ein ungeschminkten Wunsch / der keine Falschheit hegt/
Den wahre Freundschaft Dir / in schlechten Reimen lencket/
Und mit Aufrichtigkeit ohn Schmeicheley belegt.
Man schaut wie Lob und Ruhm jetzt Deinen Scheitel zieren/
Indem Gelehrtheit reicht erwünschtes Freuden-Gold;
Weil nach des Vatertn Pfad Du Deine Schritt geführet/
Drumb bleibt der Frommen Schatz Gottseeligkeit Dir hold.
Der Himmel so den Grund zu Deinen Fleiß geleget/
Und Dir des Kleids Gewandt nach Deiner Tugend misse/
Verschaffe daß Dein Haupt hinkünftig Ehre träget/
So unsrer Kirche Nutz und Dein Vergnügen ist.

Henr. Köhne | L.L. Stud.


Ut manifestatum celebras à Numine verbum;
Sic tuus hoc scripto fit manifestus honor.

A. V. S. S. Th. Stud.

DE verbo Domini loqueris, manet illud in ævum,
Fac quoque ut hoc teneas usque, beatus eris.

apposuit

G. Drage, P.S.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn870273876/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870273876/phys_0024)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn870273876/phys_0028](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn870273876/phys_0028)

DFG



the scale towards document

scipuli fuimus optimorum doctorum, qui nobis
& ad pietatem & artium ad culturam ferent
instrarunt. Quemadmodum igitur beneuola
um scholae huius Nutritorum in nos volun-
tum est, vt rarissimo sane exemplo singula col-
membra altiore locum occupare iu-
memori huius in nos ab Amplissimis Patribus hu-
iae Conscriptis collati beneficij animo conce-
: Ita etiam doctorum nostrorum, qui in hoc
yceo nobis viam ad artium culturam ostende-
re tanta felicitate, vt iam eorum in locum suc-
mus, grata nos mente recordari iubet pietas.
bis optima occasio gratum testificandi illis ani-
Magnificus atque Summe Reuerendus noster
. JO. JOACHIM. GOTTLLOB AM-ENDE,
us auctoritate, nobis munia, quae sunt deman-
ni oratione tradet. Gratas ergo nos vicissim
entes, tum Patronis, tum etiam doctoribus no-
ur. Quas nos partes singuli explebimus, dum
strum publice prodiens sermonem recitabit.

CHRISTOPHORVS KRETZSCHMAR, adhuc scholae
nunc vero Rector rite vocatus, *scholae Rectorem ad exem-*
ris mei beate defuncti Jonae Gelenii formatum describam.

O. CHRISTIAN. KOEHLER, collega adhuc tertius,
catus Con-Rector, *selectum ingeniorum in scholis rite insi-*
mendaturus. Quo facto

III.

Patch Reference numbers on UTI Scan Reference Chart T5263 Serial No. O.111
Image Engineering